


1552









CONFESSIO

HENRICI KHVNRATH LIPS: VTRIVSQVE MEDIC: DOCT:

DE CHAO PHYSICO-CHEMICORVM CATHOLICO;

In QVO CATHOLICE habitat AZOTH sive MATERIA PRIMA MVNDI, h. e. MERCVRIVS SAPIENTVM: Vbi MAGNESIÆ (SVBIECTI videlicet LAPIDIS PHILOSOPHORVM CATHOLICI) conditiones fideliter recensentur.

Hallelu-IAH! Hallelu-IAH! Hallelu-IAH! Phy, Diabolo.

ô HHOCHMAH--EL, adsiste mihi!

Ad Calumniatorem:


Non, si quid nescis, reliquis id scire negatum est.



2

Magdæburgi excudebatur,

CIↃ IↃ XCVI.



LECTORI SALVTEM.

IVRE de re omni primùm quæri solet, *AN SIT*; deinde, *QVID SIT*: *LAPIDEM PHILOSOPHORVM* esse, fundamentis *SEPTEM* (qui *NVMERVS* non, secundùm mendacij patrem, mendacij; sed potius, veritatis mysteriosæ sacer, *iuxta SSæ. Scripturæ Spiritum veritatis*) *demonstratum est apodicticis & adamantinis* figura *AM-*

 PHI-

PHITHEATRI SAPIENTIÆ ÆTERNÆ &c. tertia NOSTRI: QVID SIT, tam ex DEFINITIONE eius à NOBIS ibidem posita, quàm ex CONFESSIONE præsente, constabit. Hisce feliciter fruere; & bene vale. Magdæburgi in transitu itinerario. Anno à VERBO incarnato nato, M. D. XCVI.

Ægidij die.

CON-

CONFESSIO *HENRICI KHVN-RATH* LIPS: MEDICI-*næ Doctoris*,

DE CHAO PHYSICOCHEMICORVM CAtholico; In quo catholicè habitat Azoth siue Materia prima Mundi, h.e. Mercurius Sapientum: vbi Magnesiæ (subiecti videlicet Lapidis Philosophorum Catholici) conditiones fideliter recensentur.



NVM (sciens loquor; nam THEOSOPHICE in ORATO-

 RIO,

RIO, PHYSICO-CHE-
MICE in LABORATO-
RIO, vti Philoſophum
decet, ID tractavi, exami-
navi, trutinavi) reperitur
in Mundo maiore (ex cu-
ius VTERO, ſola obſte-
tricante NATVRA, in
lucẽ excluſum) CATHO-
LICON MACRO-
COSMICON NATV-
RALITER TRIVNVM:
quod (*quoad virtutes*) SO-
PHIS CABALICE, h. e.
INSPIRATIONE &
REVELATIONE (tam
media-

mediatè, quàm immediatè, dormiendo & vigilando) DIVINA desuper innotuit primævis. THEOSOPHICE (volente IEHOVAH, quoniam *Misericordia* eius ab æterno & vsq; in æternum, super timentes eum, Psal: 103, 27) *sic quoq; poterit & Nobis*; aut ex SIGNATVRA sua Naturali, aut ex INSTITVTIONE alicuius Magistri, ad nos (vel ad quẽ nos) à DEO missi. Ego partim habeo â Magistro,

cui in æternum ſit bene, Amen: partim verò ex Revelatione divina.

SIGNATVRAM exprimam: Eſt certè (loquor cum *Hermete* ex *Tabula Smaragdina*) fortitudo omnis fortitudinis fortis; fortiter ſpernens & vincens vim *Ignis, Aëris, Aquæ & Terræ*: Vnde ANTIQVISSIMVM; quare & ADROP, h. e. SATVRNVS (qui Ethnicis vetuſtioribus TEMPVS putatus) Philoſophorum;
ſub

ſub cuius Imperio verè AVREA ÆTAS. Quamvis adhuc aliæ NOMINIS huius SYMBOLICI rationes extent profundiores, apud Sapientes; nec mihi ignotæ.

TRIVNVM HOC FILIVS eſt MVNDI MAIORIS, MICROCOSMVS MACROCOSMICE CATHOLICVS, non ſecundùm generis humani exiſtentiam: CONSVBSTANTIALIS PARENTI; quia

ex TERRA conſtat & A-
QVA (vnde Hermes: Pa-
ter eius eſt SOL, Mater
LVNA) CATHOLI-
CIS, (*tanquã* MATERIA)
vnius eiuſdemq; Subſtan-
tiæ, Eſſentiæ ac Conditio-
nũ, quarũ erunt primordi-
ales illæ CHAEOS Gen:
1. creati: niſi quòd TERRA
HÆC hodie non ſit vacua
atq; inanis; SPIRITVS
enim DOMINI repleuit
orbem Terrarum, Sapi-
ent: 1.7: Mediante SPI-
RITV ÆTHEREO, (*tan-*
quam

quam inter Materiam & For-mam MEDIO) h.e. SCHA-MAIM, CELO nimirum (vermittelst einem Geist-fewrigem Wasser / einem wesserigem fewrigem Geist-ste / oder fewerigem Geist-wasser: nam SCHAMA-IM Hebræis dicitur quasi ESCH VA MAIM, h. e. Ignis & Aquæ) ANI-MATVS SCINTILLA RV-ACH ELOHIM, (*tanquam* FORMA, ΕΝΤΕΛΕΧΙΑ) h. e. SPIRITVS aut FLA-TVS (vt loquuntur He-

bræi) DEI TRIVNIVS Geneſ: 1. incubantis Aquis, & replentis orbem Terrarum, h. e. ANIMAE MVNDI ſive NATVRAE (Quæ vis à IEHOVAH IPSO emanans; EMANATIO nimirum conceptuum Mentis Divinæ Diuina Rerũ producendarũ in Mundo tum futuro: NATVRAM enim orthodoxa Antiquitas θεȣ̃ φωνὴν, h. e. Dei vocem pientiſsimè affirmavit) CATHOLICA, vel vniuerſalis NATVRAE: vnde

vnde SIBI nomen ΘΕΟΚΟΣ-ΜΟΣ; in QVO CATHOLICE habitat omnis plenitudo totius NATVRAE σωματικῶς, h. e. corporaliter: Quia, in vtero Mundi maioris (ex quo FILIVS IPSIVS HIC naturaliter in lucem exclusus) virgineo, h. e. *Terra* inani & vacua (nondum enim conceperat antea) SPIRITVS DOMINI conceptus CORPVSq; factus est, in initio MVNDI. Nonne IEHOVAH inquit: CELVM se-

des mea, TERRA autem ſcabellum pedum meorum. Eſa: 66. 1. Matth. 5. 35. Act: 7. 49? Et ſic RVACH ELOHIM, SPIRITVS ſive FLATVS DEI, extitit NATVRA; σπορὰ ἄφθαρτος, ſemen Rerum Mundanarũ immortale. Hinc erat, quod ex EO (docente Magiſtro meo) in LABORATORIO Phyſico-Chemicè manifeſtatum *videram* LEONEM Phyſico-Chemicorum VIRIDEM; DVENECH VIRIDE; VENE-

NEREM, *fœcunditatem* nimirum NATVRAE ad OMNIA *venientem*; VITRIOLVM nostrum: *observaveram*, LINEAM VIRIDEM Cabalistarum, GIRANTEM VNIVERSVM: *Olfeceram gustaveramq́;* BENEDICTAM Physico-Magorum VIRIDITATEM, RES CVNCTAS GERMINARE FACIENTEM. LEONEM NATVRAE OMNIA VINCENTEM ex cauernis *Montis* sui SATVRNINI artificiosè elici & extrahi qui viderit; olfecerit; gustauerit;

nec non SANGVINEM de EO PROPRIVM; quidni iure concessum illi fari de IPSO?

Sunt quidem (fateor, vt respondeam obiectioni) SCINTILLAE ANIMAE MVNDI etiam dispersæ per & in VNIVERSVM(vbivis locorum) MACROCOSMICON; attamen particulares particulariter in Res particulares, vnde quoq; illæ tales sunt; aut speciales in species certas; vnicuiq; enim privo pri-

priua attributa: hinc vox Chemicorum, *tot Lapides, quot Res*; ſubintelligendũ particulares ſive ſpecificati: SCINTILLA verò VNIVERSALIS NATVRAE VNIVERSALI VIRTVTE in TRIVNVM NATVRALE HOC (quod dictum) Synopticè VNIVERSALE MACROCOSMICON, non Humanum: unde LAPIS DIVINVS & VNIVERSALIS.

TRIVNVM HOC CATHOLICON eſt, non parti-

ticulare, non ſpecifica-
tum, quemadmodum vel
METALLVM vel MINE-
RALE, puta, Aurum, Ar-
gentũ, (etiamſi à vinculis
coagulationum, vt cur-
rant, ſint relaxata, h. e.
quemadmodũ vulgus lo-
quitur imperitum, Mer-
curiſata, vel quaſi; aut
verò EA vix embryona-
ta, wie im Gediegenem
Waſchgolde / Glaſs vnd
Roth Gülden Ertz zu fin-
den; Vnd IGNIS artifi-
cio daraus gejagt / mani-
feſti-

festiret vnnd abgeschieden wird.) famosumve illud ac longè decantatũ, quod innumeros miserrimè fascinatos tenet, (audeone proferre?) Hydrargyron &c. (Arg gnug/ den Stein der Weisen daraus zubereiten/ nomen & omen habet, reuera) Vitriolum, Antimonium, Sulphur, Cinabrium vtrunq;, &c. Aut ANIMALE, vt Sperma, Vrina, Sanguis, Secundina, Anhelitus, Caro, Ossa, &c. imò nec

HOMO totus ipſe, nedũ pars eius aliqua vlla: aut VEGETABILE, veluti vinum, Chelidoniã, Granum, &c. nec quicquam (VT VT ETIAM SVBTILE AVT PVRVM ILLVD SIT) de vel ex vllo horum (ſive Natura, ſive Arte) exemtum: (obſtat enim alia inter multa præcipuè SPECIFICATIO, quam omnem excludit VNIVERSALE) ſed, ſicuti dixi, CATHOLICON eſt, idq; TRIVNVM, ex TER-

Vniversalitas sive catholicismus non consistit in corpore, sed in spiritu. De 2. p. S. 265. O.

TERRA & AQVA videlicet, RVACH ELOHIM mediante CELO imprægnatis; h. e. corpore, Spiritu & Anima, vel (vt loquuntur Alij) Sulphure ac Sale, Mercurio, atque NATVRA; ſola Naturâ, non Artis juvamine vllo, compoſitum: MICROCOSMVS MACROCOSMI MACROCOSMICVS, non MICROCOSMVS (qualis HOMO) Macrocoſmi humanus, qui in & ad ſpeciem huma-

manam esset specificatus; sed PECVLIARE QVID, Minerale, Animale & Vegetabile CATHOLICE simul. Quapropter Philosophorum NIHIL, & CHAOS Nomina EIVS.

Appellatur quoq; OMNIA: ratio est, quod sit de ipsissima MATERIA (ὕλη) PRIMA, in STATV adhuc PRIMORDIALI ac VNIVERSALI, ex qua Mineralia, Animalia, Vegetabilia, imo MATERIALIA omnino OMNIA

NIA

NIA originem ſumsêre ſuam; etiam ADAM protoplaſtos ipſe: Vnde vox illa, ADAM LAPIDIS MATERIAM ſecum tulit ex paradiſo. Quapropter STATV EXINANITIONIS ſuæ, *Phyſico-chemica Regeneratione* ad STATVM (ob PLVSQVAMPERFECTIONEM) GLORIFICATIONIS ſublimatum aut exaltatum TRIVNVM HOC, potens eſt Naturaliter & Phyſico-Artificialiter agere ac operari

rari

rari in OMNIA, quæ ſunt ex PRIMA MATERIA orta. Vnde dictum ELIXIR, h. e. FORTITVDO. Deinde, quòd in SESE contineat OMNIA, quibus ad conſtitutionem ſui opus habet. Eſt enim in EO MONAS; *Chaos*; ὕλη; *Leo viridis*: BINARIVS; *Forma & Materia*; *Sol & Luna*; *Rubeum & Album*; *Mas & Femina*; *Rex & Regina*: TERNARIVS; *Corpus, Spiritus & Anima, hoc eſt, Terra & Aqua, Celum, Ruach*

ELO-

ELOHIM; *vel*, *Sulphur &* *Sal*, *Mercurius*, *atq;* *NATV-RA*: QVATERNARIVS; *Terra*, *Aqua*, *Aër*, *Ignis*, QVINTA ESSENTIA (quæ ANIMA MVNDI) animata. *Vulcanicè atq; Neptunicè* (attende) reijciatur *Binarius* impurus, & *Ternarius* purgatus ac lotus per *Quaternarij* circumrotationē, ad *Monadis* plusquamperfectæ, Physico-Chemicè regenerando, reducetur SIMPLICITATEM. En DENARIVM,

PERFECTIONIS SYMBOLVM. En, ∴̇ OMNIA! HOC VNIVERSALE Philoſophorum.

Per HANC PRIMAM MATERIAM in primam materiam Phyſico-chemicè reducuntur Metalla, Gemmæ, Lapides, &c; quemadmodum ipſe vidi: nequaquam aliter VERE. Sic AVRVM, vel Argentum &c. METALLICVM, abſq; Spirituum corroſivorũ malignorumque adhibitione (quòd ha-

ctenus

ctenus optarunt, optantque hodie multi) POTABILE & vivum reddes, ita vt in Metallũ reduci omnino non queat, perfecteq; operari posſit: ſic & Criſtallum, Margaritas, verè ſolves &c. Quamvis AVRVM atq; ARGENTVM Philoſophorum per ſe viva ſint & viuificantia; nõ vulgi illa Metallica ab IGNE NATVRAE Catholicæ CATHOLICI noſtri Catholico viuificanda, h. e. in & ad a-

ctum perfectum à potentia ſtimulanda.

HOC TRIVNVM NATVRALE IN CORPORE GLORIFICATO SVO LAPIS PHILOSOPHORVM eſt TRIVNVS, *Mineralis*, *Animalis & Vegetabilis*, qui operatur OMNIA in OMNIA, & in OMNIBVS: MEDICINA CATHOLICA, tam pro Animalibus & Vegetabilibus, quàm pro inferioribus Metallis: in cuius vel atomo, vel guttula

tula vna CELVM, TERRA & AQVA, nec non SPIRITVS DOMINI ſive NATVRA; CATHOLICE OMNIA.

QVID dicam? eſt in CHAO noſtro SAL SAPIENTIÆ & SAPIENTVM NATVRÆ, CATHOLICON: QVO & SOLE (*quemadmodum in CONSILIO Philoſophico de IGNE Philoſophorum ſecreto, vnifico, Catholico, externo, ſophi-* △

 ſtic

stis haud cognito, nec vnquam revelando, à Nobis abundanter est demonstratum; sinè cuius adhibitione labor Chemicus, de quo hîc sermo est, omnis, etiam in & super debita Materia, sterilis, vanus atq; inanis. Terreant & doceant vnũ quemq; vestigia Pontani ac Aliorum) nihil (& Naturaliter & Physico-Artificialiter) vtilius in Mundo. Vnde *Philosophus*: Qui operatur sine SALE, est sicuti is qui vult sagittare sinè chorda.

Hoc

Hoc, SAL COMMVNE, PETRÆ, GEMMÆ, FVSIBILE, VITRIOLVM, ALVMEN & SAPO SAPIENTVM; quod Mundus non poteſt capere immundus; de cuius ventre fluunt *Aquæ* vivæ & fontes vitæ; *Mel* ac *Oleum* ſalutis INCOMBVSTIBILE. In EO ſunt *Ros Celi* & *Pinguedo Terræ*; quia (vt inquit Hermes) ventus portavit in ventre ſuo, & Terra nutrix eius. Quapropter rectè dixe-

runt *Philosophi*, haberi in EO super Terra, ex quo Natura producit Metalla in Terra. Huc Symbolicè quadrat illud Esaiæ 45. 8. Rorate Celi desuper, & nubes pluant Iustum: aperiatur Terra, & germinet SALVATOREM.

A DOMINO (IAH testor æternum) qui MIRABILIS, cuiusq; *Sapientiæ*, *Bonitatis* atq; *Omnipotentiæ* non est numerus, factum est istud, & est MIRA-

RABILE in oculis nostris, quòd LAPIS Philosophorum ſit RVACH ELOHIM, interuentu SPIRITVS ÆTHEREI, h. e. CELI, conceptus & factus CORPVS in vtero Mundi maioris virgineo; ſitq;, remotis & fugatis noxijs, *Seruator Macrocoſmi*, iuſtaurans in EO OMNIA; & TYPVS, ex & in NATVRÆ LIBRO, *realis* DOMINI NOSTRI IHSVH CHRISTI, veri MA-

SHIACH promissi, *Servatoris* ac *Salvatoris*, abrogato peccato, humani generis, h. e. Microcosmi sive Mundi minoris; deque EO misso, EIVS Persona, Officio, Sacramentis, Doctrina, Miraculis, NATVRÆ DOCTRINA perpetuò THEOSOPHICA: QVI & IPSE LAPIS, quem reprobaverunt ædificantes, (h. e. seductoriè in Ecclesia docentes, Actor. 4. 11.) factus in caput anguli: LAPIS offen-

offensionis, & PETRA scandali: positus in SION LAPIS summus, angularis, electus, prætiosus: qui crediderit in EVM, non confundetur. Et qui ceciderit super LAPIDEM istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum. NEC EST IN ALIQVO ALIO SALVS. Psal: 118. 22. Esa. 8. 14. & 28. 16. Matth. 21. 42. Actor: 4. 11. Roman: 9. 33. 1. Pet: 2. 7. Fundamentum enim ali-

ud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt CHRISTVS IHSVH. 1. Corinth: 3. 11. LAPIS angularis ſummus, Epheſ. 2. 20. Supra quam PETRAM ædificata eſt ECCLESIA CHRISTI; & portæ inferni non prævalebunt adverſus eam, Matth. 16. 18. ô Harmoniam Symbolicam LAPIDIS VTRIVSq; BEATVS & FORTVNATVS qui intelligit. Ora DEVM in SPIRI-

TV &

TV & VERITATE, vt Veritatem te doceat RVACH HHOCHMAH-EL, h.e. SPIRITVS SAPIENTIAE DEI.

Non igitur ineptè LAPIS PHILOSOPHORVM, qui θεοκοσμὸς, (quem etiammum Physicè & Medicè ædificantes in Academijs, proh dolor, reprobāt) LAPIDIS illius qui θεάνθρωπος, (quem, vt SS:æ docent paginæ, reprobaverunt ædificantes in Ecclesia, Act. 4. 11.) TYPVS, deq; EO DOCTRI-

NA, in & ex LIBRO NATVRÆ, constans atq; perpetua inter Sapientes. Quemadmodum libro peculiari, suo (σὺν θεῷ) tempore à nobis sufficienter potest demonstrari. Qua sonante, Iudæus, Ethnicus, Turca, Atheos, SS^m Scripturam (ô DEVS!) nauci & nihili æstimantes, ex NATVRÆ libro, ad sensum & rationem possunt conuinci veritatis, atque (Diuina cooperante gratia) conuerti ad Christia-

ſtianiſmum. Nam hæc Ars, vt inquit Philoſophus, aut reperit, aut reddit hominem pium ac ſanctum. Quam vtilis & neceſſaria eſſet hoc ævo perniciosiſsimè diſputatorio atq; rixoſo, iudicent pacis amantes. Felix terq́; quaterq́; felix atq; beatus, qui BIBLICE, MACRO & MICROCOSMICE in CATHOLICISMO TRIVNO noſſe didicerit DEVM, & quem miſit IHSVM

CHRI-

CHRISTVM; NATVRAM & CREATVRAM; ac SEMETIPSVM. Non certè cuivis datum. ELOHIM geniti potuêre. Enſoph! Enſoph! Enſoph! Conuertat DEVS cauillatorem in melius.

Iā cogita, mi frater, quomodo ex fine intẽtionis tuæ *Catholicæ* reſultet operationis SVBIECTVM CATHOLICON vel VNIVERSALE: ex quo non tantùm (FERMENTATIONIS adaptatio-

tione) Aurum atq; Argentum habeat Philoſophus Phyſico-Chemicus, DEI in hoſpitali hoc magno Eleemoſynarius, verùm etiam (Sap: 13. 1. Rom. 1. 20.) CREATORIS, &, quem miſit, IHSVH CHRISTI agnitionem; totius CHRISTIANAE RELIGIONIS dogmata orthodoxa; MVNDIQVE VNIVERSI Arcanorum & Secretorum omnino OMNIVM cognitionem ac Poſſeſsionem THEOSOPHVS.

PHVS. Noli, Christiane, ridere veritatem: IEHOVAE ita placuit MIRABILI; placeat idem & mihi & tibi.

HAEC TERRA ADAMICA PHILOSOPHORVM CATHOLICA, SANCTA; in cuius *Paradiso* essentialiter est LIGNVM VITAE; & TABERNACVLVM IEHOVAE CVM HOMINIBVS. Loquor & tibi, *Cabalista!* VRIM. Sat. In TERRAM HANC Physico-

ſico-Chemicè ſeminatum vel Aurum, vel Argentum, VIRTVTE IGNIS ſui DIVINI MIRIFICA *Hæcce* commovente, vegetante, aq; Potentia in & ad Actum deducente, Radices ac Arbores producet, vel Auriferas vel Argentiferas, ſecundùm ſpeciem tam internam quàm externã Vtriuſq;. MEDIANTE AGRO CONVENIENTE SIMILE PRODVCIT SIBI SIMILE. Nam quale SE-
MEN

MEN, tale GERMEN: in & ex TERRA SIBI à NATVRA appropriata & aſsignata. In SOLO AZOTH Phyſico-Chemicè REGENERANTVR & MVLTIPLICANTVR METALLA. Cui IS non probè cognitus, manū de fornace Philoſophica. Hinc Phyſico-Chemicè Rami & Fructus Aurei; hinc Argentei. Hinc PARTICVLARIA Phyſico-Chemicis (DEO volente) concedo VARIA & VERA; extra TERRAM

RAM HANC (ob NATVRAE decretum perpetuum) omnino NVLLVM TRANSMVTATORIE VERVM. De PARTICVLARIBVS (impropriè sic dictis) SEPARATORIIS non loquor. Est enim pars vel particula SVI Totius; Et, PARTICVLARE VNIVERSALIS SVI particulare. A fabulis & nugis *pseudo-particularistarum*, ad Experientiam, cum Ratione recta, appello tam vniuersalem, quam Quotidianam.

Apa-

Apagesis, caco Chemista, cum Vniuersalibus & Particularibus tuis fictitijs, sophisticis ac deceptorijs. DONVM DEI est quod quærimus; solisq; (iuxta illud LILII: Si DEVS reperiret cor fidele vtiq; ei revelaret Artem hanc) id benignè largitur Theosophis, non vobis de tribu levi Theosophistis; ex proæresi Amphoris Bacchi; Mæchis; Scortatoribus; Lusoribus; Avaris; Mendacibus; Invidia plenis,

Per-

Periuris; Homicidis; Dolosis; Superbis; Inventoribus malorum; NOMENQVE IEHOVAE & CHRISTI REDEMTORIS Sacramenta, Pasionē, Vulnera &c: (ah singulis momenti, ferè) parùm Christianè invanum sumentibus; ac omni malignitate repletis. PHILOSOPHORVM hoc OPVS; nō cerebellorum phantasticorum; non, idiotarum ignorantiæve fratrum. Aptiores, testor

veri-

veritatem nec non (modò habeatis) Conſcientias veſtras, eſſetis in horreis ruſticorum tribula trituraturare frumentum, quàm in LABORATORIIS PHYSICO-CHEMICORVM laboribus præeſſe Philoſophorum. SIGNATVRA ipſa vos, qui, quales ac quanti ſitis, prodit. Egregij ſcilicet. Nõ ALCHEMIA eſt bona, niſi cum corde bono. Boni ſoli videbunt VERITATEM. An putatis, quæſo, DEVM mar-

margaritas proijcere porcis, malitia & nequitia diabolica obſeſsis? Haudquaquā. Vos ipſos THEOSOPHICE Regenerari oportet prius, quàm Regenerationem LAPIDIS Philoſophici nec non Metallorum Multiplicationē Phyſico-Chemicê conſequamini. Lavamini igitur & mundi eſtote, iuxta mandatum DOMINI, Eſa. 1. 16.

Ah, quotuſquiſq; hodie eſt PHILOSO-

PHVS, imbutus PHILOSOPHIA candida atq; ſyncera, quæ SPIRACVLVM DEI & ILLVSTRATIO DIVINA? Vnde RERVM DIVINARVM & HVMANARVM oritur COGNITIO ſolida ac vera: SCIENTIA; non OPINIO. Nonne ſine AFFLATV DIVINO nemo vnquam vir magnus? Ah, quotuſquiſq; PHYSICO-CHEMICE exercet ALCHEMIAM? A centro

centro VERITATIS CATHOLICO ad circumferentiam mendaciorum errorumve seducti & delapsi sunt ferè omnes: paucissimi, in LABYRINTHO ERRORVM qui non versantur. Quamobrem miserrimè evanescũt in phantasijs opinionum & laborum suorũ. Semper quærentes, ad VERITATIS finem nunquam pervenientes.

SVMMARITER:.

PARTICVLARIS-

 MVS:

MVS per ſe, eſt ſolœciſmus: in vnico CATHOLICISMO MACROCOSMI MACROCOSMICE MICROCOSMICO NATVRALITER TRIVNO, (qui eſt in AZOTH MVNDI) PHYSICO-CHEMICORVM TAM PARTICVLARIS QVAM VNIVERSALIS (de quibus hîc agitur) SALVS & VERITAS: Alias nullibi, Capiat & ſapiat, qui capere ac ſapere poteſt.

Cumq́; NEMO PLACEAT

CEAT OMNIBVS, quomodo CONFESSIONE HAC MEA EGO? Esto. Sciolis præcocibus, superciliosis & nasutis Aristarchis, Scopticis, Zoilis ac Momis, hoc sit responsi: Es müste einer viel zu thun haben/ der einen jeden Narren solte klug machen. Imò, nec CHRISTVS IPSE inter tot & tanta â se edita Miracula (quantum ego legi) vnquam ex stulto aut insipiente reddidit SAPIENTEM; nedum id

præſtarem EGO? Reliqua ignorantium turba miſella miſericordiam potius meretur, quâm reprehenſionem. *Scit DEVS Cui, Quid, Cur, Quando & Quantùm.* Ab improbis, & myſteriorum DEI Secretorumq́; NATVRAE ignaris rideri, penè laudari eſt: talibus placuiſſe, vituperari. Paucis, ijſq́; THEOSOPHICE DOCTIS, placere, SIGNVM VERITATIS. VVLGVM non curo prophanū; nec prophanè

phanè, aut ſcholaſticè tantùm, Doctos. Quid cæci de coloribus?

PLVRA (Deo volente) de hiſce in AMPHITHEATRO SAPIENTIAE AETERNAE, SOLIVS VERAE, CHRISTIANO-CABALISTICO, DIVINO-MAGEICO & PHYSICO-CHEMICO, TER TRIVNO, CATHOLICO, NOSTRO; non ita pridem à nobis abſoluto, nuperrimè tamẽ recognito multumq;

aucto, in publicũ, vt juvẽ BONOS, aliquando (fortassis) mittendo; secundũ CVIVS LEGES atq; DOCTRINAM in ORATORIO THEOSOPHICE ORANDO, inq; LABORATORIO PHYSICO-CHEMICE LABORANDO, POTERIMVS OMNIA.

POSSET QVAERI: Quo stimulo motus CONFESSIONEM HANC (vtinã non, revera tamen præ-

ter

ter voluntatem, Eριδ⊙ pomium) in medium protulerim? Ingenuè reſpondeo, AMORIS VERITATIS CONSCIENTIAEq; CHRISTIANAE. Nam, officij ratione, PHYSICO-MEDICVM, Zelo motum pio, iure decere rebar, talento à IEHOVAH SIBI commiſſo, prodeſſe filijs DOCTRINAE hæredibuſq; fructuū SAPIENTIAE VERAE; Nec non VERITATI, oſtendendo quid verum, quid fal-

falſum, hoc ſeculo tam perverſo, pro viribus ſuccurrere PHYSICOCHEMICAE; ARTIq́; tam DIVINAE, perutili ac maximè neceſſariæ (qua in perſcontandis NATVRAE Secretis non præſtantior vlla) penitus ferè oppreſſæ manus afferre auxiliatrices; nequitijſq́; ſophiſtarum ac deceptorum (vbivis locorum, etiam in Aulis Principum & Magnatũ) ita conſpurcatæ ac defœdatæ, vt hodie citra famæ

& exi-

& existimationis bonæ læsionẽ, vix tutum sit etiam PHILOSOPHIS SYNCERIORIBVS corã BONIS profiteri de EA VERITATEM. Tantũ (proh dolor!) invaluit abusus. Qui tamen non tollit rei substantiam: aliás VERBVM DEI, propter hæreticorũ abusum, iam diu quoque factum esset hæreticum. Quòd absit cogitare, nedũ dicere. Det DEVS abusui finẽ; Aurificibus scil: ex proposito atq; consilio deci-

decipientibus vel fumũ vel funem. Amen dicat omnis populus; AMEN.

O RVACH HHOCHMAH-EL adſiſte & in poſterum Mihi præceptor familiaris, in ORATORIO, LABORATORIO & VITA tam Activa quàm Contemplativa tota; ita, vt in OMNIBVS à IEHOVAH (Te duce) habeam bene Velle, Noſſe, Eſſe & Poſſe, Amen.

Hallelu-IAH! Hallelu-IAH! Hallelu-IAH!
Phy. Diabolo.

SACROSANCTVM TRIVNVM OMNIA.

Simplicitas veritatis amica Artiſq; ſigillũ.
DIXI.

HENRICVS KHVNRATH
LIPS: vtriuſq; Med: Doct:
Hamburgi degens.

